



1750, 5.
24
FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS
JOH. CHRISTOPHORVS
SPITZ, JCTVS

MEMORATÆ FACVLTATIS JVDICIIQVE ELECTORALIS
PROVINCIALIS ASSESSOR AC PROFESSOR PUBLI.
CVS NEC CIVITATIS CONSVL

L. B. S.

ERFORDIAE,
Typis JOANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
ACAD. TYPOGR.

THEATRUM LIBRARIAE
DECANAS
JON. CHRISTOPHERI
SPITI. 1672.
MUSICA & LECTURAE LIBRARY OF THE
TRINITY COLLEGE OF MUNSTER UNIVERSITY
CAR. NED. JON. CAVELL. CURATE.

I. 2. 3.

LIBRARY OF THE
TRINITY COLLEGE OF MUNSTER UNIVERSITY
CAR. NED. JON. CAVELL. CURATE.



3/
Verba L. 3. C. Comm. utriusque judicij ita se habent:
Majoribus etiam per fraudem vel dolum vel perperam
sive judicio factis divisionibus solet subveniri, quia in bo-
na fidei Judiciis, quod in aequaliter factum esse consite-
rit, in melius reformabitur. Occasione cuius juris Interpre-
tes, an & quando læsio in divisione hereditatis uni aut alte-
ri heredi contingens sit resarcenda, fusius tractant, atque
imprimis in eo convenient, quod, si divisio hereditatis judi-
ciali auctoritate prævia cause cognitione fuerit facta & una
aut altera pars etiam ultra dimidium fuerit læsa, non detur
reductio, cum res judicata prætextu læsionis non rescindatur
L. 4. C. de re jud. sicut & in eo non dissentunt, quod non
detur rescissio, si coheredes inæqualitatem scirent, & nihilo-
minus rem sorti committerent, vel etiam, si inæqualitas ex
accidenti superveniret, eò quod unius portio ex post per in-
cendium, invasionem hostium, aut furtum ac alios casus for-
tuitos minuatur, aut ob necessitatem quis suam portionem
acceptam vilius vendere cogatur, alter verò ob plures re-
rum amatores eam carius vendere possit, LAVTERBACH Col-
leg. ad ff. tit. Fam. Hercule. §. 26. etenim sic læsio non ex divi-
sione, sed ex casu fortuito oritur, qui ei nocet, cui contin-
git. Præterea quoque non confligunt inter se, quod ad in-
æqualitatem corrigendam agi queat, si unus ex Coheredibus
suos coheredes ad divisionem dolose induixerit, atque sic sua
machis

machinatione per dolum lacerit L. 35. ff. de pass. quodque etiam Minores non enormiter, sed in quantitate minore laci habeant restitutionem in integrum, L. 1. & 2. C. Si adversus transact. SICHARD. ad L. 3. C. Comm. utr. Jud. BRVNNEM. ad eand. L. 3. n. 5. quoniam Minoribus ob teneritudinem aetatis ac deficientem solertiam atque prudentiam in peragendis negotiis humanis leges magis, quam majoribus succurrunt. Saltem quoad hanc Questionem, an, si divisio hereditatis inter heredes majorennes, extrajudicitaliter sit facta, & una alterave pars absque dolo alterius formaliter lata, ad hoc, ut desuper conqueri & ad aequalitatem reduci petere valeat, enormis lacio ultra dimidium, ut in L. 2. C. de rescind. vend. statuitur, requiratur, vel an etiam minor lacio sufficiat, JCTi non eandem fovent sententiam, sicutdem JOAN. SICHARD. ad dict. L. 3. C. comm. utr. Jud. n. 4 statuit: Majorennes in divisione communis hereditatis perperam latos, non aliter quam si lacio dimidium excedat, conqueri posse, & auxilium in L. 2. C. de resc. vend. querere obstrictos esse, fundatus hac ratione, quod, licet d. L. 2. tantum de contractu emptionis loquatur, quoniam tamen de contractu bonorum fidei loqueretur generaliter, ideo quidquid juris esset in empio-
ne, idem quoque juris obtineret in reliquis bonorum fidei contractibus, scilicet, ut Major ultra dimidium latos beneficio dictae legis utatur, cui opinioni BRVNNEM. ad L. 3. C. Comm. utr. Jud. in fin. ad stipulatur addendo, quod et si hujus Legis verba sint generalia, attamen non infrequens sit, ut una lex generaliter loquens, ex alia restrictionem accipiat. Cum quibus etiam facit STRYK. Us. Mod. ff. tit. Fam. Heretif. §. 7. pro fundamento adducens: Divisionem vicem emptionis obtainere & rationem in fine L. 3. C. Comm. utr. Jud. additam emptioni esse communem, et si propter omnem lassionem in divisione perperam facta contingentem, rescissio aut ad aequalitatem reductione daretur, vix illa hereditatis divisio inventretur, quae non rescissioni obnoxia esset; & adhuc plutes alii in eorum castris deprehenduntur easdem dictas rationes sequentes. Contrariam vero sententiam, quod Majoribus propter inaequalitatem etiam non immodecum & per-

peram

peram in consulto errore factam succuratur & pro re nata
vel actio famil. Hercisc. vel comm. dividundo, vel restitutio
in integrum ex tit. quibus ex causis Maj. in integr. restit. de-
tur, amplectuntur LAVTERBACH. ad ff. tit. fam. Hercisc. §. 25.
MEV. ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 29. n. 13. BERLICH. P. 1. D.
146. § P. 3. C. 21. n. 72. & alii pro ratione adducentes, quod
venditor id agat, ut, quantocunque pretio possit, rem suam
alienet, emptor autem id moliatur, ut quam minimo & vi-
llissimo pretio sibi comparet, ut ita in hoc intentionum con-
flictu ob florem commerciorum & ad evitandas lites ad dimi-
dium usque negotiative in foro externo sine remedio juris
se in vicem laedere liceat; at ii, qui communia bona heredi-
taria dividunt, non id agunt, ut quicquam vel acquirant vel
alienent, sed tantum, ut quis suam æqualem accipiat portio-
nem, adeo, ut quælibet inæqualitas dividentium intentioni
& æquitati contrariari videatur. Ut ita propter disparita-
tem istam L. 2. C. de rescind. vend. ab emptione ad divisio-
nem hereditatis extendi nequeat, cui quoque subscribit coc-
cej. Jus civ. controv. tit. fam. Hercisc. q. 7. ubi contrariis ob-
jectionibus satisfecit, atque hanc sententiam in praxi se-
quendam esse suadet, cum hic non tota divisio rescindatur,
sed tantum ea pars in qua laesio contigit ad æqualitatem re-
ducatur HVNN. ad Treutl. Vol. 1. disp. 20. q. 21. plura quoque
ex Cathedra ad L. 3. Cod. comm. utriusque Jud. in lectione
præcursoria differet

NOBILIS ATQVE CLARISSIMVS
JVRIVM CANDIDATVS

DOMINVS

EVSEBIUS ERNESTVS
STIELER,

Erfurtenfis,

qui lucem adspexit die 20. Julii 1716. Pater ipſi contigit
HERMANNVS NICOLAVS STIELER J. U D. & Director huja-
tis Gymnasii Senatorii; Avus vero NICOLAVS STIELER qua-

) 3

stor

stor Senatus Mega-Scemmerdani. Ex matre est procreatus
JOHANNA MARIA, filia M. JOHANNIS HENRICI RUMPEL Su-
perintendentis olim Salzungenfis & Ecclesiarum ejusdem
præfecturæ. A teneris itatim unguiculis parentes litterarum
illum dicarunt studiis; unde ejus nomen ao. 1720. d. 27. Apr.
albo studiosorum hujatis Academia inseri curarunt. Ad pri-
ma rudimenta imbibenda ipsi privata non defuit institutio:
deinde parentes ipsum in scholam Johanneam anno 1724.
miserunt, ubi fidelissima publica & privata informatione Re-
ctoris olim M. RENSCHII usus est; usque dum ad Gymna-
sium Senatorium ao. 1728. mense Octobri publice promo-
tus fuit. Hic per quinquenium in litteras humaniores &
progymnasmatic incubuit, præceptoresque ipsi fuerunt non
ipsius Parentis tantum, qui in expoiendo filii sui ingenio pri-
vatim æque ac publice nulli pepercit opera, sed reliqui quo-
que Domini Professores, inter quos TIEMEROTHIVS, &
WEISENBORNIUS adhuc Gymnasium ornant, LOZZENIVS,
HEVSENVS & TENNEMANNVS vero fatis concessere, quorum
omnium sedulam proficiuamque institutionem gratissima-
mente recolit. In examine autumnali 1733. solenni ritu
dimissus est & Gymnasio valedixit. Academicæ studia tra-
stans, Cursum Philosophicum & historiam litterariam do-
cente Domino M. MOTSCHMANNO Professore quondam
Philosophiaæ celebrissimo audivit, prætereaque duce Dno
Prof. HEVSERO, Philosophiaæ scholasticæ operam dedit, ac
collegium disputationum Philosophicum sub moderamine
Dni M. JOH. MICH. LOZZENII, Diaconi Regularium, præmatu-
ra morte in orbis litterarii insigne damnum extinti, habuit.
Cum Philosophia hebraicas prælectiones Præn. & Conf. va-
ria eruditio clari Dni SHÜTTII Assess. Fac. jur. & Prof. jur.
& Phil. nec non historiam ecclesiasticam a Rever. & ampl.
Dno M. & Prof. TIEMEROTHIO explicatam conjunxit. Sed
jurium studio cum se potissimum manciparet, ipsius avuncu-
lus Præn. & Conf. Dnus D. RUMPELIVS Senatus Syndicus fuit
ipsi præcipue dux moderatorque horum studiorum, qui ipsi
privatisse perspicue & solide, ut omnia, explanavit Gabr.
Wolffii Jus naturæ, Heinecii Elementa juris civilis, Boeh-
meri

meri jus Digest. Struvii Histor. Imp. & Mascovii principia
Jur. publ. cuius singularis benevolentiae gratam ad cineres
retinebit memoriam. Præterea ipsi contigit solidissima in-
formatione frui viorum omni laude majorum, qui hujus
Academie sunt permanebuntque decora, nimirum Domini
Magnifici Academæ Rectoris SCHORCHII, Facult. jur. Assess.
& Prof. in collegiis ad historiam juris, Instituta, Ludovici
Pandectas, Struviique Jurispr. feudalē: Ill. ROTTER MUN-
DI, Praetoris urbani & Conf. Reg. &c. in Collegio ad Eugelii jus
Can. Ill. Dn. STRECKERI, Conf. Regim. Assess. jur. Fac. & Prof.
in Collegiis ad Stryckii quæst. jur. feud. & ad Constitutionem
Carl. V. Crimin. nec non b. Ill. Dni DE BELLMONT Conf. Re-
gim. & Prof. jur. publ. in Collegio ad Hornii. jus publ. Ad
magis perficiendam suam juris cognitionem Halam ao. 1738.
verno tempore adiit, ubi auditor fuit viorum, qui summa
quondam ibi floreabant celebritate Ill. nempe BOEHMERI in
lectionibus ad Just. Digest. ad Jus Canon. & ad tractatum
de Actionibus; Ill. b. HEINECCI vero in Collegio ad histo-
riam juris. Porro Præn. & Conf. Dni Jac. Gabr. WOLFII
Confil. aul. & Prof. jur. Collegiis ad Struvii jurispr. feudal. &
Mascovii Principia jur. publ. atque Præn. & Conf. Dni Prof.
CARRACHII Collegio elaboratorio práctico interfuit, qui
ambo adhuc cum magna laude in illa Academia docent. An-
nuo spatio elapsō, in patriam revertit, animu[m] intendens ad
theoretica principia in referendis actis applicanda, ad docen-
dum sese præparatus. Hoc suo scopo potitus est ao. 1740.
mense Sept. obtenta a Serenissimo Dno ANTONIO VIRICO
Duce Saxo-Coburgo-Meiningensi Secretarii sparta conjuncta
cum provincia Principibus juventutis partes juris tradendi.
Anno vero 1746. mense Januario Serenissimus dictus Dux
ipsum Francofurtum ad sese evocavit, ut esset sibi ab episto-
lis, quo munere ad mensem usque Aprilis hujus anni functus
est. Sed Francofurtensis aër ipsi haud conveniens & patris
canities ac post mortuam matrem solitudo ipsum movit ad
patriam repetendam: quare præviis submissis precibus ser-
vitio Meiningensi valedixit, patriæ suam consecraturus ope-
ram. Cumque ipsius parens optaret, ut hic ipsi in suo do-
cendi

13/1

cendi munere aliquando succederet filius, idque ab amplissimo ac prudentissimo Senatu Evangelico precibus observanter expeteret: tanta existit amplissimi hujus Senatus benevolentia in patrem filiumque, ut ille senex voti sit redditus compos, & hic ipsi in munere obeundo fuerit adjunctus. Rebus ita comparatis, e re sua duxit ad gradum Doctoris J. U. adspicere. Facultas nostra honestum suum desiderium exponenti annuit, copiaque facta ex utroque iure elaborandorum resolvendorumque textuum ad examen admisit ipsum rigorosum. Quo exantato publica est ipsi aperta cathedra, qua proximo die 22. Dec. 1750. lectionis cursoriae loco L. 3. C. commun. utr. jud. resolvet, & disputationem inauguralem de quæstione:

AN LICEAT OBSIGNARE IN ALIENO TERRITORIO RES HEREDITARIAS,

publice sine praeside defendet; quos actus solennes, ut Magnificus Dominus universitatis nostræ Rector, nec non Academix proceres ac Cives presentia sua ac frequentia splendidores reddere non dignentur, hisce officiose ac amice rogantur & invitantur. Publ. sub Sigillo Facult. Jurid. d. 20. Decembr. A. O. R. MDCCCL.



L.S.

Erlurt, Diss., 1748-51

X 2387035

ULB Halle
006 771 165

3



VD 78







1750, 5b
24

FACVLTATIS JVRIDICÆ

DECANVS

CHRISTOPHORVS
SPITZ, JCTVS

DE FACVLTATIS JVDICIIQVE ELECTORALIS
CIALIS ASSESSOR AC PROFESSOR PVBLI-
CVS NEC NON CIVITATIS CONSVL

L. B. S.

ERFORDIAE,
ANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
ACAD. TYPOGR.